olɔ ſubnotandũ forſan, quod in eo, uerſiculorũ in-
Mat. c. 11 *terſtitia ſeſquipedalia fuerint fermè omnia. An al*
luſum potius ad Euangelicũ illud relatũ a pueris
in foro ſedentibus, qui clamãtes coequalibus dicũt
Cecinimus uobis, & nõ ſaltaſtis, lamẽtauimus, &
nõ planxiſtis. Sed hæc (ut uides) ad hoc propoſitũ
Feſtus põ. *deflectes ægerrĩe. forſan Præficæ more, ueluti fu*
lib. 14. *erit de nobis apud te penitus cõclamatũ, ad funus*
Prouer. *ipſe noſtrũ te ceciniſſe dicis. Sed capiti cane talia*
11. Aenei *Paule inſano, rebusq; tuis. Quod ſi per hæc literas*
dos. *intelligis antea nobis miſſas. His certe uiciſſim re-*
cinuimus ſatis multis. Cupimus tandem ambigua
hac de re, ex te fieri certiores. Edocti enim a te,
dulcius tibi quippiã forſitã recinemus. QVOD
ſubdis.

Speratus.

Nũc uero ijdẽ uobis lamẽtamur.

Facultas Theologica.

LATINIVS *dixiſſes, nunc uero ijdem uos la-*
Lamẽtor. *mentamur. In tota Iudæa (inquit Hieronymus*
Eſdræ primo capite) lugebant Ioſiam, & qui præ-
ſidebant cum uxoribus lamẽtabantur cum uſq; in
hunc diem. Cicero Tuſculanarum. q. libro primo.
Nam hæc quidem uita (inquit) mors eſt, quàm la-
mentari poſſem, ſi liberet. Sed hoc quoq; adſarci-
natæ barbariæ tuæ forſitan aſcribendũ. EXPO-

NENS *quod mox dixeras ſic inquis.*

Speratus.

Ideſt, Nihil non egimus, agimuſque ubique armatura uerbi Dei tum a dextris, tum a ſiniſtris adgredientes, ut uos reſipiſcatis tandem.

Facultas Theologica.

NIHIL *egiſti hactenus, agiſq; in præſentia Sperate, quo rebus tuis apte, prudenterq; conſulueris quouis modo. Scripſimus abunde, quom tuis primis literis reſponderemus, quanam ratione, quibuſue medijs diſſolutũ dedecus iſtud tuum, potueras reſarcire. Verum ſpretis amicis, paterniſq; monitis, ſenſui ſemper tuo qualicũq;, aut male tibi conſulentium, malueris inhærere. Quare iuſtius tibi, q̃ nobis iacturam hanc tuam (ni deſipis omnino) imputandam duces. An armatura uerbi* 2.Cor.c.6 *Dei tum a dextris, tum a ſiniſtris fueris nos adgreſſus, adſarcinata epiſtoliolo huic tuo barbaria etiam lippis, atq; tõſoribus indicat euidenter. Nũ ſic inſulſe cõuitiari, pie præſertim tecũ in re mala tua agẽtibus, ex Paulo Paule didiciſti? Vix ſicarij, perditiq; graſſatores, ſpoliorum cauſa inſontes uiatores adgrediuntur atrocius. Vnde factum eſt, ut non facile prima fronte, barbariæ huius fuiſſe te*

 credidimus